



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XV. Funus S. Kvnegvndis. Deportatio Bambergam; & sepultura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

CAPVT XV.

Funus S. Kunegundis. Deportatio Bambergam: Et sepultura.

BT A demum sacro illo corpore feretro superposito, longo nobilium ordine praeunte, multis hinc inde confluentibus, cum illo sibi semper familiarissimo pauperum contubernio, ad locum Babenberg sepulturæ sua prædestinatum, felices exequiæ usque delatae sunt. Tum verò relietas vrbes, vacua rura, desolatas ciuitates, vndiq; concurrere populos videres, matres paruulos suos in brachiis gestantes, infirmos in grabatis iacentes sanitatis gratiam sperare, felicem se credere, si cui aut ferto iungi, vel ab ipso contigisset obumbrari.

Tandem in Ecclesiam beati Petri Apostoli corpus non sine labore deportatum, triduanas ibi meritis suis, ac beneficiis condignas habuit exequias; filij, quos ipsa illuc in Christo * adunauerat, de matris pace iam securi, pro se autem solliciti, incessanter psallebant, dum eam sibi ad horam subtraham fine timore amissionis in spe perpetuæ intercessionis recepisse plaudebant: mater de celo filiorum prospectans affectum gaudebat. Ita velatum sacrum corpus, sacris vestibus, diademeate Christi capiti superposito, suo loculo in dextero latere, sicut haec tenus veneratur, repositum est. Transiit autem anno Dominicæ Incarnationis Millesimo * tertio, Indictione III. V. Nonas Martij, regnante in æternum, qui est corona Virginum, Christo Domino nostro. O felix Babenbergensis Ecclesia, recepisti thesaurum, quem amiseras. Procax & malefica lingua detractorum oculorum testimonio confutata est, dum virginitas eius, rebus approbata sanctitas clarescentibus signis videtur testificata.

*Accursus ad
funus S. Kunegundis.*

*Apog. Bamber.
congrega-
uerat.*

**Gisico.
Emenda
MXL Indict.
VIII. Ita etiam
Baron. Trith.
in Chron. Hrfs-
ang. mortuam
scribit 1037.
Sed hoc non po-
test, cum hac
Et aliorum bi-
storia coſſeret.*

CAPVT